



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Homilia XX. De Edicto Fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

HOMILIA XX.

DE EDICTO FIDEI.

QUOD PVBLICATVR IN SANCTO TRIBVNALI INQVIVISIONIS.

Dominica tertia Quadragesimæ.

Erat Iesus eiciens demonium & illud erat mutum. Luc. 11:

DVO nobis sunt hodie tractanda præ manibus. Primum decantatum S. Lucæ Evangelium, quo proponit Christum, officio boni pastoris ad ovium salutem fungentem, qualem æternus Pater nobis addixerat suscitandum: *Suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, sicut servum meum David.* Quemadmodum enim David ab Isai patre constitutus ovium custos, eas ab visis tutatus est & leonibus, eorumque faucibus eruit iam captam prædam, ut Regum narrat historia. Ita & Christus Redemptor noster, filius David secundum carnem, & carne mortali vestitus, notum omnibus, quam sedulus commendatum sibi à Patre gregem custodierit, de quo per Ezechielem dicitur: *Vos oves pascuæ meæ homines estis, à leonibus tutatus infernalibus & ab visis eripiens incolumes.* Hoc letabatur exercitio, si leonem faucibus, si visorum vnguibuscaptas oves liberaret: hoc namque divinus nobis indicat Evangelista: *Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum.* Dæmon, è viti corpore propellebat, quasi pastoris munere sanctus fidelissimi: verè namque dicere licet à dæmone direptum hominem, sicut à leonibus oviculam: & adeo quidem vnguibuscinctum, dentibusque præfocatum, ut nec loqui, nec audire nec videre posset. His autem, qui præclarum illud opus in sinistram partem conabantur interpretari, virtum Beelzebub attribundo, respondit, se eam mente descendisse de caelis, hoc illi officium incumbere, fortem armatum debellare, dæmonem scilicet exturbare, & eis exiuncte castris quæ dudum occupaverat, & pacificus modo possidebat, eo planè modo quo copiarum dux præsidium occupans, à fortiori superveniente superatur, castrisque spoliatur; nec aliam ob causam, quam quia viribus alteri prævaleret. Quocirca si Christus hominum corporibus dæmonem expelleret, quos vallo quasi munitus foris possidebat, superis id erat adscribendum virtutibus ipsius, in æterni longe superioribus. In cuius veritatis affirmationem tam efficacia protulit Christus argumenta, ut quædam de medio populi mulier, volens Deus medio vti tam debili, quo hæsaorum confunderet elationem, vocem attolens in Christi præconium exclamaret alius: *Beatus venter qui te portavit.* Hoc eius est Evangelij compendium.

Secundum nobis occurrat exponendum, edictum scilicet tam sanctum, inlucum, ac necessarium, quod divini pastoris magnates Romani Inquisitores publicaverunt, inquirentes in satisfactionem & officij sui obligationem, diligenter ac sollicitè lupos, leones, rios, vulpes, & hæresum nequissima animalia; Iudæos, Mauros, Apostatas homines gregi divino periculosos, & Sanctæ Ecclesiæ noxios, ut illam, immaculatam, mundamque censerent, ut oves Dei in pace vivant imperturbata, ut inoffense in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ quiescant ovili, cuius caput agnoscimus Summum Pontificem Romanum, Christi Vicarium, legitimum D. Petri successorem. Vtrumque tractaturi, comitante de vno ad alterum, & ad vtrumque Dei gratiâ in Dei gloriam & S. Inquisitioni maximum honorem, fidelium consolationem, omniumque gratissimum documentum. Quod ut congrue fiat, gratia nobis Spiritus S. est necessaria, quam consequemur, si gratiarum Matris humiles imploremus auxilium; dicentes *Aus Maria.*

S. i. Chri.

§. I. Christus & diabolus duo sunt Reges sibi contrarii, distinctaque possident regna.

D. Augu. supponit & expendit pro locorum Scripturæ declaratione, quod licet sine modo plura regna. plures reges, scilicet tamen ad duo reuocari, velut duo si premissis omnia comprehenditur potestas regumque dominium. Regnum Dei regnum diaboli quot quot agitur in hoc viuunt mundo, regno comprehenduntur alterutro. Dei Regnum ex iustis principaliter constituitur, in quibus ipse dominatur, quos ipse gubernat qui illi obedunt: regnum illud, de quo dilectus Christus discipulus: *Facite nos regnum, Sanctos subintelligens*, licet ex *Gen. 1. 1.* textu quidam legant: *Facite nos Reges: sicut Adam*, quam lectionem antiquus sequitur Aretas. Notat nihilominus D. Ambrosius vi. l. 7. a. opimè dicit: *Facite nos regnum hoc quippe singulari beneficio Christus homines cumulat: Quando eos in se constituit, in quibus ipse cum Patre, & Spiritu S. inhabitare & regnare dignetur.* Idcirco in eadē Apocalypsi, heu! Deo resorantes gratia si actio- nē, eius meminerunt beneficii: *Facite nos Deo nostro regnum.* Nō constituitur Dei regnum ex palatis inconfutabilibus lapidibus edificatis, non est Dei regnum ciuitas vallis, & præcellis aggeribus circummuta, velut Babylonia; regnum Dei non sunt terrene domus, quas licet appareant pulcherrimæ, breui scimus esse collapsuras, quia terrenum habent fundamentum. Non consistit Dei regnum in virtibus, amoenis hortis, fontibus perennē auentibus, foris plateisque amplissimis, quæ breui temporis intervallo omnē peritunt decerē, & suscipiunt de quæ subruuntur, sed in animalibus sanctissimis, æternis duratione, naturæ adeo præcellens, ut earū vel minima, queat in se recipere, & velut in domo celesti totam Domini Dei nostri complecti magnitudinem. Est autem hoc Dei regnum, de quo tradit Apostolus, quod Christi- tus, in die iudicij traditurus est Patri, in quo perpetuo regnat sanctissima Trinitas. *Cui traditur deus regnum Deo & Patri.* Porro magnificū est adeo Dei regnum, ut iustorum quisque ciuitas sit amplissima, Deoque charissima, quem non minoris facit, non minus extollit, quam Reges in clyti, Monarchæ supremi, præcipuarum vrbium regiones, clericali que Prouincias. Vnde pro more habeo declarare illud quod olim Dns Moysi dum eum legatum suū mittit in Ægyptū pluribus usque magnis in sui fama-

larū ornatū officis: *Ego sum Deus Abraham Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum vestrorum.* Conuersa regibus loquitur formulā, dū legatū ad alienas expeditur regio: *es, regis munus diplomati- bus, quibus nomina, utulosque præscribunt præcipuarū Prouinciarum, Regnorū, vrbiumque, quibus independente demanant potestate.* Sic exēplo Rex nollet inclytis, qui quo potestatis suæ se declarat amplitudinem, in iteris regis, ita prænotat regna quibus principatur. Philippus Rex Castiliæ, Aragoniæ, Leonis, Siciliæ, &c. Abrahami modo Deus in illo quod Moyse inuenerit munere, suā voluit exponere maiestatem, notificat potentiam signare, in iudicio est illa nominans regna quibus imperabat. Quorum vnum, Abraham & Isaac a terris, et in iacob ab eorum denique quilibet iustus & iudicatus. Nūquid diuine celsi uidi, in conuenit ut exprimeret Deus celsi, terræ mariū, solis lunæ, idcirco ac totius Domini vniuersi quod totū ipse gubernat, quando, & quā uol. ratione, uera, ac liberz suæ uoluntate, uerū uicū profertendo quā non celsū diuine superbiat Monarcha, si in ueritate prænotare suis posset ipse diplomatis. Ego Rex & Dominus solis, lunæ, siderū aliorū, quorumdā istorū celorum Lunæ, Maris, aut Venens, &c. & illos regere posset pro libitū, illis que imperare? Non dubium, quod in eo se uolens celsiorem multo crederet, quā omnium terrarū regnorū, imperio clarissimum. Nunquid poterat Deus ex his suis nomen sumere maiestatis? Nō poterat concedamus enim licet hæc omnia diuino si biacere imperto: *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, &c.* Propriè tamen primarium gloriæ suæ regnum hoc esse cognoscimus, quo sanctis in petat, singuli namque iusti sunt vrbis amplissima, regnum diuissimum, regio cælis ipsis formosior, uenustiorque sideribus: his quippe totus secundum esse suum, suaque potentia Deus minime comprehenditur, prout arāma iusti, quā idcirco ut gloriæ suæ delicti thionum: *Anima iusti sedes est sapientia.* Porro diaboli regnum peruersi sunt, in quibus regnat, imperat, dominatur gubernat, & horum: *Iste est rex super uniuersos filios superbia,* de diabolo Deus hic loquitur sub figura ferocissimi animalis. Hec autem D. Irenæ demonstratur, mali scilicet, quod infinitis locustarum pestiferarum numerus, quæ totum impleuerant terram, Regē sibi præfectum agnoscere, diabolum, qui uos suum tribus exaratum linguis, Hebraica, Græca, & Latina præferebat: *Habebam super se Regē, Angelum Abyssis, cui nomen Hebraice Abaddon,* 9. 11.



Grace Apollyon, ἀπολλύων Latine habens nomen
 Extremum. Hoc locutarū hierophico pef-
 fimos quoſque D. Ioa intelligit, cuius modo ra-
 tiones fabricemus. Ipſe rex e: ille, de quo Iob,
 vt ſuperius egimus qui calcas premit, ſubiugat
 Iob ca. 18. 14. „quasi rex interitus. Ex illis etenim locis iuxta
 „ ſuperiorem expoſitionem, S. Scriptura conſtat
 „ æqua conſonantia. Tot regnum hoc dilatur
 „ ciuitatibus, quor iniqui imperat diabolus, quos
 „ ſubtiliter ſpales regius diaboli vocat ciuitates,
 „ quos à Deo præciniti euentidos. Ciuitates eorum
 „ defruxit. Cain fratricida ciuitas fuit diaboli, di-
 „ ctus à D. Baſilio. Primus diaboli diſcipulus, cuius
 „ animam adeo perfecta poſſidebat auctoritate,
 „ vt in ea quilibet operaretur, de quo illud eſt
 1. Ioa. „ D. Ioaannis teſtimonium: *Cain ex maligno erat.*
 6. 3. 12. „ Vibs alia Pharao, cuius ſibi cor ita ſubiugauit,
 „ rat, vt illud excecancerit, & obſtipum adeo
 „ reddiderit, vt Deo ipſi ſe opponere non formi-
 „ daret. Vrbis altera Elymas magus ſacilegus, cu-
 „ ius intima fraudibus oppleuerat: *Plenus omni*
 „ *dolo, & omni fallacia.* Iudas ciuitas altera, cuius
 „ cor intrauerat, animam poſſederat, vt in tā hor-
 „ rida propelleret contra Chriſtū crimina pro-
 „ ditorem: Ciuitas tu quoque diaboli, qua tui do-
 „ minatur, te regit, te propellit, in adulteria, ſuita,
 „ perinria, viſuſque præcipitem. Hæc ſunt ex O-
 „ rigenis opinione diaboli regna, que Chriſto
 „ monſtrauit in monte, & aſſendit ex omnia regna
 „ mundi. Hæ duo Reges ſibi aduerſantur, & perpe-
 „ tes gerunt ſimilitates, dæmon Chriſto, & Chri-
 „ ſtus dæmoni repugnat, hoc autem ſingulare
 „ cuiusque eſt ſtudium, ſibi quoad poteſt, alterius
 „ ſubiicere ciuitates. Idcirco diabolus dicitur Sa-
 „ tanas, id eſt aduerſarius, eſt enim Chriſto aduer-
 „ ſarius, & Chriſtus illi de quo D. Ioa. teſtatur:
 „ *In hoc apparuit filius Dei vt diſſolueret opera dia-*
 „ *boli.* Omnem nauat diabolus operam, Chriſti ſi-
 „ bi ſubiugare ciuitates, id eſt, ſanctos: *Tanquam*
 „ *leo rugiens, circumit quærens quem deuoret.* Totum
 „ vero Chriſtus impendit ſtudium, vt di abolo eri-
 „ piat ciuitates, ſibi que ſublernantur: *Venit pecca-*
 „ *tores ſaluos facere.*
 IV. „ Licet autem hæc ita ſint, multum tamen in-
 „ diſſe- „ ter eſt diſcriminis inter vtrumque regnum: Deo
 „ genita „ qui p̄ conuenit eſſe regem iure nature, legiti-
 „ inter „ me, pluribusque titulis, creationis ſcilicet, con-
 „ Chri- „ ſeruationis, redẽptionis, & vniuerſalis ſuper om-
 „ ſtū, & „ nia poteſtatis: qua de cauſa illi concinimus: *Tu*
 „ diabo- „ *ſolus Dominus.* Diabolus rex eſt, ſed tyrannide-
 „ lum. „ Tyrannus ne vel pagum habet ſibi debitum, at
 „ ſeipſum exalrat, & in regem exurgit ſedicioſus

naturalem, contra illum vexillum atrollit: a ma-
 parat illi contendit eripere e ciuitates, eas ſubiu-
 gat, & vt proprias ſibi poſſidet. Hoc opus diabo-
 li hoc eius ſtudium. Ipſe iure proprio ſibi ha-
 bet, nec vnus quidem formicæ dominum: me-
 citus eſt ſiquit D. Cyprian. quando Saluatori o-
 ſtenſa mundi regna le daturū liberaliter repro-
 m. ſit: *Mihi tradita ſunt, & cui volo do illa.* At ar-
 titibus fraudulenti, nec minus mahriolis, cona-
 tur Dei ciuitates obſidere, quas ſæp̄ cogit ad
 deditionem. Ita à mundi infantia duas illas ob-
 ſedit ciuitates, quos Deus, vt regni ſui metropo-
 les in terra fundauerat, & in para-ſo collocare
 rat Adam. & Enam. Erant Dei ciuitates, in illis
 etenim regnauit, mauda a illis legeſque præ-
 cripiſit. Venim accurrit aduerſarius, circumcingit
 corona, tormenis quarit fortiffimis, rationi-
 bus ſcilicet, ſuaibusque blandiſque: quid in
 de illas euincit, ſibi ſubiugat, & qui prius erat
 ciuitates in quibus dum regnaret Deus, regnat at
 iuſticia, regnabat immo: altitas, factæ ſunt ciui-
 tates, in quibus & peccatum & mors impera-
 rent: *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem ter-*
rarum.
 Vt Cainum vidit natum in hoc mundo, con-
 ſeſſim apud illum caſtra ſua meatus eſt, oppug-
 nauit inuidia cor excitat, vt fraternitatis leges
 tranſgreſſus, quibus in illo regnare Deus debe-
 rat, hæc ciuitas, in qua principauerat diabolus, de
 quo D. Ioa. *Cain ex maligno erat.* Tantis de-
 inde viribus excreuit hic tyrannus, tanta ſibi
 ſubiicit regna, vt Deus aduertens illum maio-
 rem orbis partem occupaffe, noſtro loquẽti mo-
 do, conſtrictus, afflictuſque fuiſſe videatur.
 Hoc ni fallor, Spiritus S. his verbis iſtius auit:
Panitent eum, quod hominem feciſſi in terra. vto
 autẽ extenſi hoc delrueret in petium diaboli,
 cunctos proponit homines exſtirpare, Noe vni-
 co eum luis reſecto, in quo Deus imperat: *Tu*
enim vidi iuſſu corā me in generatione hac. Quo
 ſic peractō, ilico exſiccato diluuiō, reuertitur
 diabolus, & Chā impetit aeriũs mouet, vt debuiſ-
 patri vilificiat reuerentiã: ereſcente vero nume-
 ro mortalium, denno cepit, & diabolus nouas ſibi
 ſubſternere regiones, ſic vt vix ſi perſeſſet ho-
 mo, quem non tyrannus hic ſibi ſubſterneret. In-
 tātum, vt paulo poſt, Deo impropere præſump-
 ſerit, totum debere ſibi mundum: hoc enim reſ-
 poñſo illō declarauit, dum à Deo interroga uſt,
Vnde veniſt: reſpondit: Circumit terrā, & præuolu-
lani eā. Circumite, bellatorum eſt: caſtra circū-
 peſi, mihi ſubiecti: hoc ſignificat: *Præuolu-*
ni eam. Sicut autem princeps, aut Rex regnum
 ſuum



sum perambulans, & vincum cernens superesse
 Job non sibi subditum, audeat & illum innume-
 ris suis obfidere copis, victurumq; conatur sub-
 jugare.
 Hinc perpetua illa nec reconcilianda Deum
 inter ac diabolum bella, sic citantur, sicut inter
 regem naturalem ac tyrannum maxima sem-
 per bellorum excitantur tempestates. Tyrannus
 hinc, quæ sua non sunt, invadere nititur capta-
 que conservare, Rex illuc legitimus, ut iniuste
 vique extorta recuperet, a clauderat. Ne miseris,
 quod multis annorum centurys rex naturalis
 Deus commisisse videatur, nec diabolum impu-
 nisse, cuius adeo potestas excreverat in orbe, ut
 Princeps mundi huius, à Christo diceretur. Con-
 clusum tandem est, non tolerandam punire su-
 perbiam, eo sine de cælis in terram descendit,
 quo tyrannum hunc oppugnet, superet, foras ex-
 terminet perditam recuperet, suoque subiciat vi-
 ctor imperio. *Nunc iudicium est militi, nunc prin-
 ceps huius mundi eijcietur foras, & ego si exalta-
 tus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.*
 Hoc esse novimus, quod tam studiosè per-
 pendit Apostolus, aduentum Christi collau-
 dans, quem ideo missum à Patre declarat: *Vi-
 speret nos de potestate venturorum, & transferet
 in regnum filij dilectionis sue.* Quæ de causa, cum
 virtute magna & maiestate descendit, ut ventu-
 rum prædixerat Isaias: *Eccc Dominus Deus in sur-
 titudine veniet, & brachium eius dominabitur.*
 Idem quoque Dominus doctissimus & planè di-
 vinitus rationibus hoc in Evangelio significat.
 Virum hunc diaolus occupaverat, & velut rex
 in regno suo faciens illic imperabat, unde &
 integrum hominem sibi subiceret, quod in-
 nuti his verbis Evangelista: *Illud erat mutum.*
 Quia ut notat Theophylactus in Græco textus
ἄφωδς, nedum significat mutum, sed & surdum.
 Insuper D. Hieronymus ubi de hoc miraculo fit
 mentio, notat nomen *ἄφωδς*, magis significare
 surdum, quam mutum. Vnde Tertull. D. Chry-
 stostom. D. Theos Bostrenus, & D. Euthymius
 concludunt, edum mutum, sed & surdum la-
 borasse. Quinimò D. Augustin. notans hunc lo-
 cum, quod quasi certum supponit, D. Mattheus
 eisdem miraculi rarrans historiam, addit &
 fuisse excecaturum: *Oculus est ei homo dæmonium
 habens, cæcus & mutus.* Quam aggere seuro
 diaboli virtum hunc possidebat, quem omnibus
 modis sibi subiectum detinebat. Descendit
 Christus, dimaque brachij sui fortitudine, dæ-
 monem eiecit imperio, quo continuo liberatur
 homo, oculis, auribus, & lingua restitutus. Mur-

murant Pharisei, calumniantur diabolica id fa-
 ctum esse potestate: *In Beelzebub principe dæmo-
 norum eiecit dæmonia.* Nequaquam ita, recla-
 mat Christus, diuinisq; probat argumentis. Si
 diabolus enim in seipsum bella mouerit, quo-
 modo stabit regnum eius? Hinc ausam arripit
 aduentus sui declarandi rationem; præsidium si-
 bi firmaverat in hoc mundo diabolus fortissi-
 mum, in eoque velut Rex ac Dominus impera-
 bat; at venit ipse bello diabolum turbaturus,
 quo præsidio isto expellat, regnoque spoliat,
 idque ea de causa, quia viribus diabolo præua-
 lebat, eo omnino modo, quo cum Dux castro
 præsidet, nihil adversi suspicatus, si supererit
 alius, eumque præsidio propellat; hoc fortiori-
 bus eius armis esse diuinis adscribendum. Hæc
 igitur sunt duo regna; duo reges, hæc bella
 quibus se invicem læcessunt, at prævalet Chri-
 stus, quia viribus superior, &c.

§. 2. Regnum Christi est Ecclesia, regnum dia-
 boli sunt hæretici & infideles.

Porro ut ad punctum veniamus, quod in hac
 connexionione prætendimus, dico, Regnum
 Dei esse suam sanctam Ecclesiam Catho-
 licam Romanam. Diuinis eam ac eminentissi-
 mis compellat Spiritus S. epâthetis, titulis, ac no-
 minibus. Agnominat illam sponsam suam, co-
 luntam suam, suam dilectam vineam suam, do-
 mum suam, suæ locum recreationi. Attamen
 nomen magis familiare est regnum Dei, reg-
 num eolorum: sunt autem omnia Synonyma.
 His sceret S. Scriptura præsertim Evangelia. A-
 pud D. Lucam, *Cui simile est regnum Dei*, de S. Luc. 17.
 loquitur Ecclesia, quam sæpenumero diuersis, 18.
 comparat, modo vineæ, modo fagenæ, modo
 campo seminato, modo grano sinapis, & simili-
 bus quibus abundat Evangelia. Hic regnat
 Christus vbi conveniunt sui subditi, in vna fide,
 doctrina vna, ipsentique Sacramentis: *Vbi duo
 vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum*, 18. 20.
in medio eorum. Hæc autem solamine perfusus, Mattheus
 eos corporaliter deserens, cumulat, cum ait:
*Eccc ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad
 consummationem sæculi.* Quam hæc graphice de-
 scribit David: *Magnus Dominus & laudabilis ni-
 mis in civitate Dei iherosolymæ, in monte Sancto eius.* V-
 bi, licet ad litteram loquatur de civitate Hiero-
 solymæ, mysticè tamen sanctam intelligit Ec-
 clesiam. Hic se Deus magnam ostendit, hic eius
 adoratur celsitudo, maiestas agnoscitur, miser-
 cordijs

cordijs posimur, hic vera puraque Deo litantur
 sacrificia: hæc illa est, de qua continuo: *Civitas
 regis magni, Deus in domibus eius cognoscetur.* Hic
 agni scitur, Deus a toratur, ex ra quam nihil ho-
 tum sit, hoc regnum magnum est, quod se co-
 vique extendit, quo files vera protenditur; Hæc
 est enim illa sepes, & qua Deo subditos in vra
 continet Ecclesia proinde quocumque fides ve-
 ra protenditur, eò & huius regni limites ex-
 tenduntur.
 Mirificam habuit de hac D. Ioannes visio-
 nem: *Ecce ego Ioannes vidi civitatem sanctam*
 21.8. *Hierusalem novam descendentem de celo à Deo.*
 Vt quid Sanctæ Ecclesiæ, tot præclara nomina?
 Civitas sancta? quia in ea scilicet, sanctas vera te-
 pritur, & remissio peccatorum: vide etiam: *id
 est visionem pacis: Hic namque vera fulget pax:*
 hic distincta vige cogitio mysteriorum Chri-
 sti per quem verâ consequimur pacem: de quo
 D. Paulus: *Ipse est pax nostra.* Alia congregatio-
 nes; Lutheri, Calvini, Arij. sanctæ non sunt, sed
 2.14. numeris horridæ sceleribus, veram Christi, e-
 iusque mysteriorum non habent scientiam. Ad-
 dit: *Descendentem de celo.* Sathanas non descendit,
 sed cecidit de celo: *Videbam Sathanam sicut sul-
 fur de celo cadentem.* Cui convenit Isaias: *Quo-
 modo cecidisti de celo Lucifer: Sancta verumtamē
 Ecclesia descendit de celo ab ipso Deo insti-
 tuta.* Quid hoc significat? Quomodo descendit
 de celo? Quia (sic notat D. Aug.) illam ad ima-
 ginem cœli, quasi cœlum esset, Deus ædificavit
 at nominavit, eodem loco teste D. Aug. propter
 non vulgarem quæ est inter Ecclesiam & cœ-
 lum similitudinem, quid precor in illo est reg-
 num cœlorum? Ipse D. Ioannes explanat: *Claritas
 Dei illuminavit illam, & lucerna eius, est Agnus.*
 Vna Dei lux, vna agni. Hoc est, quod beati-
 tudinis cœli fundamentum sit clara visio, ac cog-
 nitio Dei, ac Christi, id est, mysteriorum divini-
 tatis Dei, & Christi humanitatis, quod D. Tho-
 mas, ut cognoscant se solum Deum verum, & quem
 17.3. misit Iesum Christum.
 Huic venienti, hys mysterijs vni sunt om-
 nium beatorum intellectus, vel nates, affectus
 animi: hoc namque David tam subtiliter ex-
 pendebat, dum cœlestis Hierusalem amore ac
 3. desiderio capus atebat: *Hierusalem que ædifica-
 tur ut civitas, cuius participatio eius in idijson.*
 II. Omnes vnam contemplantur veritatem, illi
 Ecclesia cõ omnes vivunt, omnes eandem de Deo, verita-
 para- tem suo comprehendunt intellectu, & vna glo-
 tue

ria luce omnes sibi copulantur: *Cuius partici-
 patio in idijson.* Omnes eandem licet diversis
 diis. Nam gradibus, lucem participant, quibus
 modo superfedemus. Eadem de S. Ecclesia te-
 renda sententia, civitas est divina luce illustra-
 ta, à Deo instituta, à Deo procedens, hanc
 lucem signat fides vera, fides Catholica. Hæc
 illa lux est, sine qua divina non possunt capi
 mysteria, quæ Deus est operatus, & eam vnam
 præstolamur quæ idcirco D. Paul. nominat: *de-
 gumentum non apparentium.* Lux est, quæ de Deo
 progredi utriusque fides est donum Dei: non ex
 operibus. Lux est supernaturalis. Laborat hæreti-
 cus Deum ingenij sui, ac rationis luce cognos-
 cere, verum in inquisitione deficit, unde vera
 Dei scientia privatus obsecatur: Ecclesia ve-
 rō lumine, id assequitur supernaturali ac divi-
 vno, sicut autem in cœlo vna lux est, vna ve-
 ritas est in qua omnes vivunt, ita & in Eccle-
 sia, vna fides est, vna veritas, in qua omnes vi-
 vunt, sibi que conveniunt. Interim sicut in cœ-
 lo omnes idem loquuntur, sic & in Ecclesia
 Obsecro vos fratres. *Et. v. idijson dicitur omni-
 & non sint in vobis schismata.* obsecra vobis Apo-
 stolus. Vnitas fides: sicut enim Deus vnus est, sic
 eius veritas vna est & tam vna, ut eadem sit
 sa veritas, quam hic per fidem profitemur, & il-
 la quam beati visionem clarissima facie ad fa-
 ciem contemplantur.
 Talem autem esse contemebat (auctore D. Au-
 Aug.) cum veritas vna sit, & in illa conuigan-
 tur eorum intellectus, qui rectè collinant, qui
 verò huic se opponunt, erroribus involuntur.
 Ita, quia hoc Dei regnum, Ecclesia Catholica,
 septem habet & limites, fidem nempe Catho-
 cam, qui terminis his comprehenditur, in Eccle-
 sia vivit sicut nos omnes per Dei gratiam, qua
 limites illos egreditur, de Ecclesia quoque
 gremio secedit ut omnes hæretici, & maledicti de-
 quibus sic D. Ioannes: *Ex nobis prodierunt, & non
 erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansis-
 sent utique nobiscum.* Deum deus sicut Deus, qui rex
 eius est, æternus est, perdurabilis, immutabilis.
 hinc Ecclesia, ut Dei regnum, habet quod æter-
 na sit, fixa, immobilis, quæ nulla vniquam oc-
 catione commota deficiat. Hanc non infide-
 lium peccata subvertent hanc non inimicorum
 pestulanda persecutiones: nec alia quælibet
 ratione convulsa collabatur: quia regnum &
 patrimonium est Dei, quod deficere posse credi-
 tum quia sancti, qui cœlestem illam componunt
 reipublicam, quæ cœlum dicitur, Dei iustitiam
 gnam

gnam: *Fecisti nos Deus nostro regnum.* Partim
 quod nulla eorum peregrina possint impref-
 siones perdere dicere, ordinem eius, concen-
 trumque transmutare: *Mulier in caelo amictu sole,*
& Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona
stellarum duodecim. Luna Eclipsim patitur, terra
 namque umbra illam potest contingere, & eo
 usque ascendit, ad stellas autem non pertingit,
 unde & illas nequit obumbrare. Si Ecclesia lu-
 na tantummodo vestiretur, illius terra possidet
 fulgorem obumbrare, verum illam pedibus suis
 sustinet, quo usque terrenorum umbra per-
 tingit. Quo pertingit? Ad corpus ab bona terra-
 ra, ad corporalia, haec omnia pedibus concul-
 cat: corpus vero, & caput, ex o terrenorum non
 ascendit umbra, ubi nequit obscurari, servat in
 sole, caeloque stellis fulgentissimo Regnum
 hoc quo nullum excellentius regnum hoc quo
 nullum firmius, sanctius nullum, regni est Dei.
 Illud Ezechielis qui Dei conspexit thronum,
 propriam Dei regni representationem refert
 quia sicut thronus regis magnitudinem, & ex-
 minentiam manifestat. Hic, inquit, thronus erat
 Sapphyrinus, super capita animalium: *Et in si-*
milisudo throni super firmamentum, quod erat
similans capiti animalium. Animalia firmamen-
 to ubi eorum capita, thronus autem his innitit,
 hinc Thronus Dei, eius indicans regnum, est
 Ecclesia: hic enim Deus sedet sublimis, hic
 regnat, hic gubernat. Animalia signant Monar-
 chias, haec sub firmamento, sub tempore, quia in
 hoc caelo est tempus, illi subditur. Thronus au-
 tem Dei supra hoc firmamentum, non illis
 subiectus, quae tenentur sunt, quae tempus po-
 test, quod omnia consumit, & non subiectus a-
 nimalium capitibus, id est monarchis. Cogitent
 quae cumque libuerint Romani, Graeci, Chaldaei:
 quia per haec quibus Ecclesiam perdere molle-
 bantur, fortius ipsa caperebat incrementum: *Thro-*
nus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut Luna
perfectam aeternam, & est in caelo fidelis. Sol co-
 ram me qui non obscuratur, Luna perfecta, quia
 tenebrae hic nullae nec ar: us coeli, consistit ante
 Christum: *Ecc ego vobiscum sum omnibus diebus.*
 Non deficiet Ecclesia: Deus enim in illa est,
 velut in proprio regno gubernans & imperans.
 Ipse est, qui est in Ecclesia, in eius regimine, in
 eius verbis.
 Quaesitio ventilatur inter philosophos quod sit
 vitae principium: quidam dicunt, cerebrum, alij
 cor, tunc alij sit quodcumque voluerint, ex
 tra controversiam est, quod sanis illis in ho-
 mine tribus partibus, mori non potest. Abscin-

datur illi dignus, vel manus, non morietur: quia
 tres illas nobiliores partes, quae vitae sunt prin-
 cipium, servat incolomes. Ecclesia corpus est
 Theologi vocant corpus mysticum congrega-
 tionem fidelium, quae est Ecclesia. Citius ce-
 rebrum est caput est: *Ipsam dedit caput super om-*
nem Ecclesiam, ipse cor est: Cor meum vigilat. Ip-
 se hepar est: Quia id quod dixit per Zachariam:
Ego ero et minus ignis in circulo. Ero ious
 & principium caloris. *Et in gloria ero in medio*
eius. Transfert Arias Montanus: *Ero ious,*
 quod origo sanguinis est, & alimentum, tunc quod
 nunquam deficiet. Huic annexum, quod in im-
 quam corpori deficiet alimentum: *Ecc, ego vo-*
biscum sum omnibus diebus, usque ad consumma-
tionem saeculi, mori non potest. Iteer hinc corpo-
 ris membra resciuntur, verberibus contumiant,
 non cerebrum, non cor, non ious, non spiritus
 calorem evolvunt. Christus etenim, qui cor,
 est ious & cerebrum, illi continuo assistit, reg-
 nat, & gubernat Ecclesiam: huic regno suo per-
 petuus adest conservator.
 Regna demonis in fideles sunt haeretici, nec
 non omnes, qui extra limites Ecclesiae commo-
 rantur, in quibus praest per superbiam diabolus,
 qui reddat eis contumaces, ne suum velint ca-
 ptivare intellectum in obsequium Christi: hos
 omnes perfecti sibi subditos possidet, necum
 quoad voluntatem per malitiam, cuius totus affici-
 tur visceribus, at in super quoad intellectum, per
 caecitatem & mendacia quibus sibi in adhibent
 oblinati. Quae ad modum enim Ecclesia, cum
 sit Deo in regnum, firma semper est & constans,
 nullis temporis subiecta mutationibus: nec Mo-
 narcharum dispositionibus. (a) Eclipses nescit, qui-
 bus obscuratur, quibus eius maculetur sanctitas,
 & fontido concuratur quibus Deus illam in
 ea regnans perpetuo reddit illustriorem. Sic e-
 conserse haeretici ac infideles, diaboli regni in-
 tor subijciuntur mutationibus, tam in fidei licitum
 secliarum, errorumque varietatibus, quae inter
 illos, sibi contrariae pullulant, ut hic alterius
 procuret interitum, & occasum, quorum nullus
 aut vioc constantia, aut perseverantia celebra-
 ter. Eclipses patiuntur tenebrarum, & obstina-
 tionis, tam omnium errorum caecitatem, qua-
 lem oculis conspiciunt, quibus eorum obscura-
 tur intellectus. Ad illos ascendit umbra terra,
 carnalibus affectibus obumbrantur, vitij & im-
 pudicis luxurijs, quibus anima quas illis cor pro-
 dicit, excruciantur. Quis mihi lascivias explicet,
 libidines in quas ipsos cecimus prolapsos,
 in quibus ut animalia in munda nostri temporis
 haeretici

Ephaf.
 1. 22.
 Can.
 5. 2.
 V.
 Eccle-
 sia nū-
 quam
 defi-
 ciet.
 Zach.
 5.
 VI.
 Eccle-
 sia sē-
 per cō-
 stans.
 (a)
 Baybe-
 nei,
 VII.
 Hare-
 tici sē-
 per in-
 cou-
 stātes.



hæretici voluntantur? Hoc diaboli regnum est, ad diuersum, ac regno Christi contrarium. Et iuste quidem tali regno Rex talis præfigitur: sic diabolus pater mendacij & erroris, & qui in obstinatione atque peccati sui peruicacia primas refert, quàm suis in mendacijs & infidelitatis erroribus tam acriter patiuntur hæretici.

§. 3. Tunc de demone dicitur, quòd perfectè quempiam possideat, quando cum in heresim & à fide Apostolicam impellit.

Hinc ardens illud oritur diaboli desiderium quo velis remisque contendit huic homines regno, per infidelitatis, seu hæreseos peccatum incorporare: Deus huius sæculi excocauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloria Christi: Quo circa bellum infert Ecclesie regno Dei. Non sufficit Turcæ pyratæ, dum litora Hispaniæ radit, & captiuum rapit ea perambulante securum nullumque hostem timentem, dum piscatorum lembos Christianorum terminis piscantes deprædat, donec captiuum comprehendat, extra limites abducat Christianorum, eo in loco habeat, ubi plena atque perfecta super eum gaudeat potestate: quamdiu enim captiuus intra terminos hæret Hispaniæ, fieri potest, ut ex campestribus profiliant armati, captiuum eius manibus eripiant & in patriam asserant libertatem. Talem tibi describo dæmonem tyrannum, non illi sufficit sibi subicere multos intra terminos Ecclesie desides, salutis suæ incertos, non ut etenim, quamdiu adhuc Ecclesie gremio continentur, multos in eorum & libertatem & auxilium aduolare Prælatos scilicet, Prædicatores, Confessarios, &c. Pleno nondum sibi ipse persuadet captiuum tenere dominio adhuc Ecclesie, id est regni Christi limitibus circumseptum, adhuc fidei terminis non excedentem. Perfectum coratur obtinere dominium, & his Ecclesie fideique terminis animam eliminare. Quinimò ea de causa D. Augustinus interpretatur, hunc mutum, surdum, & cæcum, quem adeo pleno Sathan occupauerat imperio figurate hæreticos, in quibus diabolus pro in pia sua voluntate, ac voluptate dominatur, qui nec ore consentitur nec corde credunt, extra terminos vagantur Ecclesie, & si lei limites transgreduntur, cuius adus sunt, corde credere, ore confitenti, teste D. Paulo: Corde creditur ad iustitiam, ore au-

I. Similitudo. 2. Cor. 4. 4. Lib. 99. Euang. cap. 3. Rom. 10.

tem confesso fit ad salutem. Vium huius exemplar vidit D. Ioannes Iocustus nimirum, velut mulierum capillis formos, diademate in capite venerabiles, de puteo fumi prodeuntes, plenas veneno mortifero: Et habebant super se Regem Angelum abyssus, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem ἄπολλος, Latine nomen habens Exterminans. Quis melius vquam diabolum, eiusque regnum descripserit, vel infideles, maxime hæreticos delinearit: egrediuntur de puteo caliginosis ignorantie, & malitiæ, quem intrarunt, quibus eorum obocœatur intellectus. Mulierum præserunt facies, earumque fucum gerunt capillis implexum, quo pectus suam declarare extermi-natum: In vultu lucet aures. Mulierum vultus, animus firmus, si firmus, ac multo libidinosior: inhonestior multo: hoc enim vana faciei compositione, criniumque ornata S. Scriptura significat Quare in S. Scriptura mulieres honestæ sanctæque describuntur: Mulieres in habitu ornato, cum verecundiâ & sobrietate ornantes se non in toris crinibus; &c. sed quòd dicunt mulieres promittentes pietatem per opera. Idem confirmat D. Petrus: Quærum non fit ex-terminatio capillatura. Subtiliter probant Terrullian. D. Clem. Alexand. D. Cyprian. talem faciei cultum in mulieribus tantum reperiri communibus, impudicis, animo venereo libidinosis: hæc enim omnia incensura sunt carnis voluptatibus. Hoc hæreticis omnibus imponitur: omnes quippe libidine intemperantis cupiditatis exardescunt: Exemplo tibi sint Lutherus, Caluinus, eorumque sectatores. Hæc, namque vitia proferunt causa, cur fidem exhorreant Catholicam, & ab ea desiciant Apostata, ut videlicet fræno suis liceant illis voluptatibus vacare laxiori: Noluit intelligere, ut bene ageret. Quocirca D. Augustinus mulierem illam meretricem, quæ pusionem pupillæ diuidens lum exposcebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed diuisatur, comparat hæreticis, quos semper vita committitur inhonestæ, animisque commaculata indecoris, qui fidem postulant non vniuersam, sed in plures errores sectasque dissecant. At ingeniosè notat D. Bernard. Hoc quippe proprie quadam hæreticis, si ea amittat mendaciam, sectasque componeret enim secundum est mendacium quo niti lum appareat, illud verum & humane scietia conunt a domato, qui crines sunt hominum capitis nascentes, humanis rationibus carne & sanguine progeniti. Loquitur D. Bernard. Hæreticorum iniquitas in his

bet hunc in se puritatis, veritatisque nitorem, & idem multo curatos gerunt, ipsam colorare, & sic care phaleris verborum & versutis syllogismorum. Ne si nudus appareat, falsa etiam appareat turpitas. Addit insuper, locustas in caputibus gestare diademata, nec hoc hæreticis inconueniens: nam eorum quique ambit primatum, non vnius alteri suum submittit iudicium, inflati superbiâ, quisque suum cæteris præfert intellectum, an tepuit opinionem; & illa phrasi D. Ioannes hæreticorum describit agendi modum, malaque conditiones. Num Regem agnoscunt? Vtique: Angliam abyss, & monem, hoc enim dicebamus, hæreticos ac infideles regnum esse diaboli, in quibus plena atque perfecta regnat auctoritate. Quia verò, teste philosopho, nomen, rei alicuius est declaratiuum, ut Spiritus S. explicet, quis sit ille Rex, quæ eius ex naturâ propriæ conditiones, D. Ioanni nomen illius declaratur: Cui no- Hebraicè Abaddon, Græcè ἀπώλλων Latine habens nomen Exterminans. Quia vt admittunt in hunc locum Abbas Rupertus, & D. Thom. vt omnes illum agnoscerent, quis sit nomen eius voluit tribus primarijs linguis Hebraica, Græca, & Latina, exarari.

His consonat quod idem D. Ioannes in suo narrat Euangelio, Christi titulum cruci con- scriptum fuisse: Hebraicè, Græcè, & Latine Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Saluator erat vniuersalis, conueniebat ab omnibus illum eam agnoscere nomine tenus ita quia diabolus hostis est vniuersalis congruum est, omnes illum cognos- cant, & ex nomine quis sit intelligat. Sicut ex no- mine Christum agnoscimus: Iesus ipse enim sal- uum facit populum suum à peccatis eorum. Simi- liter & diabolus, Exterminans. Abaddon nomen est Hebraicum & Chaldaicum, significans per- ditionem seu corruptionem. Nomen congruum diabolo: Idem à Iob illi impositum: Perditio & mori dixerunt: auribus nostris audiuimus. At ele- ganter hoc exposuit D. Ioannes, & Latinus in- terpres: Exterminans. Non enim intendit diabolus hominem vtcumque perdere, sed eatenus diruere donec illum fidei Catholicæ & Ecclesiæ ter- minis exturbarit. Hoc ap. i syluestri studium, à vinea palmites exciudere; ex Davidis, cloquio: Exterminauit eam aper de sylua. Hæc prima sol- licitudo: quanto uanque tempore fidelis intra sepes moratur Ecclesiæ, centiens abundat reme- dijs, & licet primus sit in numero peccatorum, adiuat expertissimi medici, & efficacissima qui- buslibet & præscripta infirmitatibus antidota: Nam, nisi non est reſina in Galaad, aut medicus Hieron. Bapt. de Lanuca. Tom. II.

non est tibi. Porro extra Ecclesiam nulla sunt: Extra Ecclesiam non est salus. Nouit inimicus in arca Noë cõtra diluuium superesse remedium, quemquam hic se posse, ne percat, tutari; quod D. Pet. explicat de Ecclesiâ; i. quâ per baptismum admittitur, extra arcam non est salus: quocirca toto conamine studet diabolus animas arcam Ecclesiæ exturbare, fideique Christianæ libertatis quo securus ille as regno detineat infidelitatis, elimi- nare.

§. 4. Diuersos sibi, contrarios habent nati- uos Christus & diabolus.

Iam nouimus duos illos sibi, cõtrarios reges Christum & diabolum, iam ambozum regna declarauimus, iam eorum exposuimus inten- tiones: de monis est, de Christi regno, eiusque Ecclesiâ, fideles extrahendo sibi populum congre- gare, Christi verò seducelos reduciendo, oues quætere, perditas, & de Ecclesiæ ouili reuocare separatas. Ad cuius executionem intentionis am- bo sibi conscribunt reges, exercitus duces, vexil- liferos, primipilos, tribunos, centuriones cæterol- que militiae ministros. Quæ tales habet diabolus semperque habuit ab ipsis primordijs Ecclesiæ: Videte canes, (inonet D. Paulus;) vide malos opera- rios; vide concisionem. Quæ sunt operarij, qui re- sciudere, qui separare, qui diuidere fatigant. Ab ipso confestim Euangelij principio, quæ alis egre- ditur Ebion, Cherinthus, Nicolaus diaconus, & paululum progrediendo, quot, heu quot habuit Satanas officiales! Arium, Eumonianum, Sabellum, Cerdonem, Eutychem; emisit malos operarios; in omni tempore, in omni seculo, quinque & ab antiquis temporibus, ad nuntum habuit quadrin- gentos. Vidit enim Michæas Propheta præcelsò Deum thronò residentem, illique myriades assis- tentes Angelorum; & ecce oculò, sed iustò vult iudicio permittere, vt deceptus cadat Achab impius in prælio, quocirca proponit: Quis decipiet Achab, Regem Israël, vt ascendat, & cadat? Huic quæstioni nullus beatorum responderet An- gelorum: fraudes enim ignorare, nec illas mo- liuntur. Cedit locum Deus diabolo, vt accedat, vt in diebus Iob legimus contigisse, quando ce- lestes adstant Deo spiritus. Coram Domino, as- fuit etiam inter ipsos Satanas, Proh. quitur, & ope- ram promittit. Ego decipiam eum. Hoc est, ita hoc est diabolo proprium, de quo testatur Chri- stus: Cum mendacium loquitur: quia mendax est, & pater eius, Percunclatur Dominus, quâ ratio- ne regem decipies? Et ille ait: Egratias, & ero

Hier. 8
12.
10
Philip.
23.
I.
Chri- stus & dæmò
cõscri- bunt sibi mi- nistros
1. Reg.
22. 20.
Iob c. 2.
6.
Ioan.
44.
Ooo
Lp11-20



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

22 *Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.*
 23 Adstant presentes quadringenti falsiloqui Pro-
 24 phetae; inuiti diabolus, per illos epus aggrediar.
 25 Quadringentos habuit sibi huic stratagemati pa-
 26 ratissimos: innumeros enim habet; ut decipiant
 27 homines, promptissimos.
 28 **83** Idcirco tam serid Saluator suos admonuit, sol-
 29 liciti ambularent, prouidi circumspicerent actio-
 30 nes, uerba & doctrinam Satanae ministrorum: qua
 31 in his omnibus eadem cum demone feruntur
 32 intentione, cuius se ministros esse profiterentur,
 33 populum confunderent, & fallunt, ut in aeternum
 34 illum eum Satana propellant incensum: *Atten-
 35 dite in falsis Prophetis. Ministris diaboli* Quantum
 36 illi diabolo congregant exercitum? Quantum
 37 Anus? vix illa Hispaniae provincia, fidei Catho-
 38 lica licet studio filissima, venenum euasit haere-
 39 ticos. Quos post se traxit populus Manichaeus,
 40 ita ut & ipse Augustinus, triginta primis aetatis
 41 annis sub eius vexillo militaret. Quam innume-
 42 ros diabolo conciliauit impius Heludius, &
 43 Mahometh? quam, ut pene dixerim infinitos,
 44 Lutherus & Caluinus? Hoc damno nosti con-
 45 spicimus, patimur, & ad lacrymas commouemur,
 46 non sine maxima fidelium omnium commiserati-
 47 one.
 48 Attamen simili modo, nec suum uoluit Chri-
 49 stus regnum delictiui duobus ac populo, qui huic
 50 eius conquisitio i cooperarentur. In huic igitur
 51 sine in sacros legat Apostolos, illis contra dia-
 52 bolum tribuens potestatem, qua possent illum,
 53 **Luc. 10** superate, exterminare: *Eccc de li uobis uirtutem su-
 54 per omnes potestatem inimici,* suis loquitur Apo-
 55 stolis, ac in hodierno euangelio clarius ostendit, tua
 56 illos pollere potestate, quando marmuratoriibus, ac
 57 calumniatoriibus *In Beelzebub principe demonum*
 58 *eiecit demonia,* respondit interrogatiue: *Filij uestri,*
 59 *(Apostolos intelligebat filios Iudaeorum,) in quod*
 60 *ejecit?* quod ipsi non negabant, Apostolis
 61 datam esse uirtutem eamque diuinam, qua dae-
 62 mones expellerent, ac superarent, ad hoc tot ele-
 63 **1. Cor.** git ministros: *Quid igitur est, Apo? Quid uero*
 64 **3.** *Paulus? Ministrum enim eius credidistis.* Dicit ipse
 65 **1. Cor.** Paulus: *Sic nos existimemus homo, ut ministros eius*
 66 **4. 1.** enim sumus tribuni, eius centuriones. Ideo reli-
 67 quiqui in Ecclesia sua continuam Summorum
 68 Pontificum successorem, qui generales essent
 69 exercitus Imperatores, titulumque sumerent,
 70 quem primus omnium D. Gregorius magnus
 71 sibi adscripsit: *Seruus seruorum Dei.* Deinde sub-
 72 stituit Episcopos, ac Praelatos de quibus praecelare
 73 D. August. Episcopos intelligens Catholicos &
 74 sanctos sui temporis, uelut D. Irenaeum, D. Cy-

priam, D. Hilarium, D. Basilium, D. Gregorium
 Nyssenum & D. Gregorium Nazianzenum, D.
 Ambrosium, quos contra Arium nominat haere-
 ticum: *Isti Episcopi sunt docti, graues, sancti, uerita-
 tatis acerrimi defensores aduersus garrulos uania-
 tes, qui solum Catholicam in latere luxerunt quam
 in cibo sumserunt, cuius lac & cibum parus ma-
 gnusque ministrarunt, quam contra inimicos etiam uos
 non damnatos aperisistis, & fortissimè defendistis.*
 Quam eximius fuit Dux D. Athanasius con-
 tra Arium? Quis contra Pelagium D. Augusti-
 nus: antagonista D. Hieronymus. obstitit Helu-
 dii? quam fortis Eunomio D. Basil. aduersarius:
 quam acriter Leo Pontifex Eurychen impugna-
 uit? sic igitur perpetuo Christus praebit & dia-
 bolus decertant, atque horum opera ministro-
 rum, suos sibi quisque debellat aduersarios.

**S. S. Instruktion & motu Spiritus S. insti-
 tum fuit tribunal S. Offij Inquisitionis, ad
 Christi regni conseruationem.**

Verum enim uero singulariter ministri,
 quos Christus Dominus huic muniti ha-
 bet designatos, illi sunt, qui S. Officio
 Inquisitionis deseruiunt quos inspiratione moti
 diuina Summi Pontifices instituerunt, nomina-
 tim autem Innocentius Tertius, & eius succe-
 sor Honorius tertius, uidentes haereticorum exer-
 citum copiosissimum, quem diabolus iulcatue-
 rat, feruentissimum Christi regno id est Ecclesie
 bellum illaturus, à mortuis excitans ueteres om-
 nes haereses obliuione iam sepultas Manichaeo-
 rum, Pelagianorum, Arianoorum, Catharorum,
 his super addentibus innumerales alias Albi-
 genibus, aliisque monstris infetnalibus, qui
 tanta potestate, cum prodierunt, ut integris impa-
 ti exercitibus, innumeraeque militum multitudi-
